UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

Oratio recitanda post auditas confessiones,

urn:nbn:de:hbz:466:1-46628

Visual Library

In reconciliationibus, ſatis erit incipere Abſolutionem ab iis verbis. Dominus Jeſus Chriſtus abſolvat te, &c. *omiſſis aliis præcedentibus præcationibus.*

Oratio recitanda poſt auditas Confeſſiones.

DOmine Jeſu Chriſte, dulcis amator, & ſanctificator animarum, purifica obſecro, per infuſionem ſancti Spiritus cor meum ab omni affectione, & cogitatione vitioſa; & quidquid à me in meo munere, ſive per negligentiam, ſive per ignorantiam peccatum eſt, pro tua infinita pietate & miſericordia ſupplere digneris. Commendo tuis amabiliſſimis vulneribus omnes animas, quas ad pœnitentiam traxiſti, & tuo pretioſiſſimo ſanguine ſanctificaſti, ut eas à peccatis cuſtodias, & in tuo timore, & amore conſerves, in virtutibus indies magis promoveas, atque ad vitam perducas æternam. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Ad laudem, & gloriam Jeſu Chriſti, ejuſque ſanctiſſimæ Virginis Mariæ.

DEVO-